



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

30. An ferentes suffragium ad aliquod injustum opus teneantur singuli  
restituere in integrum, ut v. g. in comitiis, seu Parlamento, si aliqui ferunt  
votum pro injusto tributo? Idem est dicendum de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

*Ex quo etiam in textis huius Resolutionis alijs duo ca-*  
*sus circa hoc inferuntur. Ex p. i. tr. 3. Ref. 19.*

§. 1. **R**espondeo negatiū : tunc enim non potest aliquis absentare le à Parlamento. Et ratio est clara : quia , quando omnes tenentur concurrere, vnu cum tuo voto potest impeditre iniustam conclusionem faciendam : ergo tenentur. Ita DD. *sprā* cītati & quos adduximus in q. 14. Vnde infertur , quod male faciat illi , vt rem iniustam concludant , rogant aliquid , & vt pro tali die se absentent à Parlamento , & male faciet iste le absentando , vt docet Alphon. Azeved. in addit. ad *Cur. Pif. lib. 2. c. 8.* Ioan. de Madariaga in libro de *Senatu. c. 28. §. 2.* Idem est , si dum pro iniusta aliqua re , & conclusione agitur , & sunt in loco Comitiiorum , quis data opera accipit occasioem loquendi cum aliquo , & illum exire facit extra Comitia , vt interea sine ipsius voto , & praesentia ; statim res concludatur ; in his enim casibus , si vt dixi , ex industria ita facerent , ambo peccarent . Notentur haec pro praxi , & maxime in efficiendis Regnolis , in quo calu omnes concurrent debent.

RESOL. XXX.

A fermentes suffragium ad aliquod iniustum opus re-  
neantur singuli restituere in integrum , vt v. g. in  
Comitijs , seu Parlamento , si aliqui ferunt votum  
pro iniusto tributo ?

Idem est dicendum de pluribus eamdem iniustitiam  
faudentibus , quando singulorum consilium sine  
aliorum consilio non fuisse efficax . Ex p. 4. tr. 4. &  
Misc. Ref. 79.

§. 1. **V**T si , v.g. in comitiis , seu Parlamento ali-  
qui fermentent votum pro iniusto donatio ; & affirmatiū respondendum est , quia quando singuli cooperari sunt ad totum damnum in individuo , omnes tenentur restituere in integrum , vt communiter testantur Doctores .

2. Verum non reticeam , de hac sententia valde dubitare virum doctum Henricum Stroversdorff , qui pulcherrima commentator nouissime edidit in *questiones D. Thoma de iust. & iure quest. 6. 2. art. 8. disp. 4. concil. 2.* vbi sic ait . Ut verum fatear , mihi non videtur hac sententia , quantumvis sit communis , vniuersaliter ita omnino certa , nam etiam pluribus concurrentibus ad idem damnum quod sine tali concursu in specie , qualiter illi conferunt , sive causa totius damni , non sunt tamen causae adaequatae totius damni , sed causae partiales , seu inadaequatae quia concursus , quem singuli conferunt , non est sufficiens ad inferendum damnum , sed ex omnibus simul iunctis sit vnu concursus sufficiens , vt apertissime patet , in pluribus auferentibus vnu marmoreum lapidem , quem singuli auferre poterant . Confirmatur , quia quando plures vnam nauem trahunt , quam vnu trahere , non poterat , non sunt singuli totalis causa promotionis nauis , neque singulis debetur integra merces , quae danda est pro tractione nauis , sed debent illam inter se dividere : ergo pari modo si cum profundit , non debetur singulis integrum premium , neque cum obfluit , debebunt singuli integrum damnum , & ideo secundum hanc sententiam existimo plures ferentes suffragium ad aliquod iniustum opus non teneri singulos forte restituere in integrum . Idem dico de pluribus eamdem iniustitiam faudentibus , quando singulorum consilium sine consilio aliorum non fuisset efficax . Ita Stroversdorff *vbi sprā* , qui etiam notat hanc sententiam docuisse publicē in Academia

Louaniensi anno 1615. Doctorem Alardum VVielliu-  
m , Professorem in dicta Vniueritate . Sed , ut dixi ,  
communis sententia DD. est in contrarium .

RESOL. XXXI.

*An in Parlamento possint congregari tribuere aliquae  
donativa Domino , Proregi ?*

*Et dato quod licentia Regis adesset , vt Parlamenta-  
ri possint offerre donativum aliquod Proregi ; &  
sufficeret maior pars ad concludendum dictum da-  
nativum , vel debent concurrere omnes Parlamen-  
tarij ? Ex p. i. tr. 3. Ref. 29.*

§. 1. **R**espondeo negatiū , cum Mastrill. de *Ma-*  
*strill. tom. 2. lib. 5. cap. 15. num. 2. 27.* <sup>Sup. hoc in-</sup>  
*fra in Ref.* <sup>35. In Ref.</sup>  
quia sunt expresse prohibita *ex cap. Caroli 165. & 29.*  
litteris Regalibus sub die 20. Octob. 1612 tempore  
regiminis Marchionis Villenæ in hoc Sicilia Regno  
& ego puto , quod etiam adesset licentia Regis : vt  
Parlementari possint offerre donativum aliquod Pro-  
regi ; quod non sufficeret maior pars ad concluden-  
dum dictum donativum , sed omnes concurrere de-  
berent : quia maior pars non potest præiudicare etiam  
vni ex his , que sunt communia singulorum : &  
quando efficiat aliqui præiudicium in singulari , tunc  
omnium consensus requiritur , vt ex multis iuribus  
probaret Mastrill. *vbi sprā* cui ego addo Azeved. in  
addit. ad *Cur. Pif. lib. 2. cap. 15.* Barbos. in *col-*  
*lect. tom. 1. lib. 1. tit. 2. c. 6. num. 6.* Gom. tom. 2.  
var. c. 3. num. 14. Villagut. *tract. de reb. Eccles.*  
*non rit. alien. lib. 1. p. 1. c. 101. num. 7. & 8. & c.*  
*102. num. 7.* Et est dispar ratio de donativo , quod  
præbetur Setenis . Regi , vbi sufficit maior pars : quia ,  
vt in prima Resol. firmavimus , dicta donativa non  
sunt voluntaria sed reuerae necessariæ debentur Regi :  
quod non procedit in donatiis faciendis Domino  
Proregi , quia omnino sunt voluntaria ; & ideo om-  
nes concurrende debent , quia de omnium agitur præ-  
iudicio .

RESOL. XXXII.

*An Regnicole habentes rationes probabiles de iniu-  
stitia donatini facti in Parlamento possint non sola-  
nere collectas , & vestigalia imposta ab vniuer-  
sitatis po soliendo dicto donativo , etiam si pro  
Rege , & iniustitia donatini ad sint alia rationes pro-  
babiles ?*

*Et an in tali casu defraudantes supradicta donatina ,  
collectas , & vestigalia teneantur ad restitutionem ?*  
Ex p. i. tr. 3. Ref. 21.

§. 1. **D**ifficilis , sed pulchra quæstio . Prima opi-  
nio assentit , posse in hoc calu , subditos , <sup>Sup. hoc in-</sup>  
sine vlo conscientiæ scrupulo , vestigalia fraudare . <sup>Ref. 15. cut-</sup>  
Ita Lessius lib. 2. cap. 33. dub. 9. num. 67. Sanchez  
in Oper. morali , tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 7. Regi . <sup>lino ante me-</sup>  
naldus tom. 1. lib. 10. cap. 25. seti. 1. num. 374. San-  
breiter , in <sup>dium , & in</sup>  
cius disp. 23. num. 35. Vegha in sum. p. 1. cap. 15. fine , & in  
cas. 11. 8. 6. num. 9. Megala in p. 2. lib. 2. cap. 17. q. <sup>Ref. 19 & ibi</sup>  
in tr. 7. do-  
8. n. 131. & 132. Nau. de refit. lib. 3. c. 1. p. 3. v. & ina Ref.  
261. dub. 12. Salón. tom. 1. q. 5. art. 4. contr. 2. Bartol. à <sup>in tr. 7. do-</sup>  
S. Fausto in specul. Confess. disp. 33. q. 27. n. 3. & Epis-  
copus Malder. in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 4. 8. dub. velis circa  
sexta cum aliis . Et ratio est : quia , quando vtrum . quid est .  
que probable est tributi caulfare esse iustum , & iniu-  
stiam , exigit Princeps iuste , & negat etiam populus  
iuste , quia bello vtrinque iusto , ex ignorâ Secûdo ,  
in dubio meliore est cōditio possidet : at populus in hoc  
calu